

Regum. i.

122

enim crebrius vertendo et emendando sollicitius et didicimus et tenemus: nostrum est. Et cum intellexeris quod antea nesciebas. vel interpretem me estimato si gratus es vel paraphrasten si ingratus: quatenus mihi omnino conscius non sum. mutasse me quippiam de hebraica veritate. Certes si incredulus es. lege grecos codices et latinos. et confer cum his opusculis que nuper emendauimus. et vbi quicquid discrepare inter se videris. interrogata quemlibet hebreorum. cui magis accommodare debeas fidem. et si nostra firmauerit. puto quod cum non estimes concordantem vti in eodem loco mecum similiter diuinabit. Sed et vos famulas christi rogo que domini discumbentis preciosissima fidei miribam virginis caput. que nequaquam saluatozem queritis in sepulchro quibus iam ad patrem christi ascendit: ut contra latrantes canes qui aduersum me rabido ore desuient. et circumcunt civitatem atque in eo se doctos arbitrantur. si alijs detrahant orationum vestrarum dypros opponatis. Ego sciens humilitatem meam. illius semper sententie recordabor. Dixi custodiam vias meas. ut non delinquam in lingua mea. Posui os meo custodiam: cum confisteret peccator aduersus me. Obmutui et humiliatus sum. et filii a bonis.

Explicit plogus. Incipit liber
Samuelis primus. Capitulum I

Huit vir vnus de ramathaim in soppim de monte effraim. et nomen eius helchana. filius hieroboam filij helij filij thau. filij suph. effraeus. et habuit duas uxores: nomen vni anna. et nomen secunde fenenna. Fu-

eruntque fenenne filij: anne autem non erant liberi. Et ascendebat vir ille de ciuitate sua statutis diebus ut adoraret et sacrificaret domino exercituum in sylo. Erant autem ibi duo filij helij. omni et phinees sacerdotas domini. Venit ergo dies et immolauit helchana. deditque fenenne uxori sue et cunctis filijs eius et filiabus partes. Anne autem dedit partem vnam tristis: quia annam diligebat. Dominus autem concluderat vuluam eius. Affligebat quoque eam emula eius. et vehementer angebat. intantum ut exprobraret quod dominus concludisset vuluam eius. Sicque faciebat per singulos annos cum redeunte tempe ascenderent ad templum domini. et sic puocabat eam. Porro illa flebat. et non capiebat cibum. Dixit ergo ei helchana vir suus. Anna cur fles. et quare non comedis. et quam obrem affligitur cor tuum. Nunquid non ego melior tibi sum quam decem filij? Surrexit autem anna postquam comederat et biberat in sylo. Et helij sacerdos sedere super sellam ante postes domus domini cum esset anna amaro animo. orauit ad dominum flens largiter. et votum vouit dicens. Domine exercituum si respiciens videris afflictionem famule tue. et recordatus mei fueris. nec oblitus ancille tuę. dederisque serue tue secum vitilem. dabo eam domino omnibus diebus vite eius. et nouacula non ascendet super caput eius. Factum est autem cum illa multiplicaret preces coram domino. ut helij observaret os eius. Porro anna loquebatur in corde suo tantumque labia eius mouebantur. et vox penitus non audiebatur. Estimauit ergo eam helij temulentam. dixitque ei: Quisquo ebria eris? Digere paulisper vinum quo mades. Respondens anna: nequaquam inquit domine mihi. Nam mulier infelix nimis ego sum. vnaque et omne quod inebriare potest non bibi. sed effudi animam meam in conspectu domini. Ne reputes ancillam tuam quasi vnaz de filiabus

R. ij